



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 28. Dux Aurelianensis insalutano hospite in Britanniam profugus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1485.

crimina impune patranda abutebatur, tandem vero dignas scelere pœnas dabat. Tragicum hujus Viri fatum Ducem omnino latebat, donec infelix ille in Ecclesia Carmelitarum terræ mandatus esset, quo comperto quamvis parum illius vicem dolere videretur, nihilominus cum Comitissam Bellojoviensem præcipuam hujus supplicii causam existitisse crederet, vindictam in eam parabat.

§. XXVIII.

Dux Aurelianensis in salutato hospite in Britanniam profugus.

Saligny hist.
Car. VIII.

Equidem Aureliæ Dux Landasio fatis erepto, fatis firmo destituebatur præsidio, haud tamen adeo spe sua deiciebatur, quin in aula Britannica clandestina foveret consilia, quibus Franciæ Gubernatricem perderet. Nec illius spem frustrabat eventus; quippe Arusiæ Principem, necnon Convennarum Comitem, qui ambo tum in Britannia agebant, dextre ad suas partes pertraxit. Comitissa rem edocta Regem inducit, quatenus Ducem, qui continuo Aureliæ hærebat, obtestaretur, ut Ambasiam veniret, regiamque curiam accederet, Senatus sessionibus interfuturus; Primo quidem oblectabatur Aurelianensis; deum vero, ubi Giensis Marescallus itera-

ta Regis mandata perferebat, eo venire ^{Sæcul. XV.}
 statuit; ast vix urbem ingressus, mox ^{A. C. 1485.}
 quæsito venationis prætextu, ad Ebral-
 di fontem, cui Asceterio ipsius Soror e- ^{Fontevræus}
 rat præposita, inde vero in Britanniam
 secessit. Demum in omnium ore ac ser-
 mone erat, firmatum esse foedus Britan-
 niam inter & Aureliæ Ducem, Castri
 Briantii Principissam, & Rivennæ Mare-
 scallum, hisque sua etiam studia devo-
 visse dicebantur Dunensis & Engolis-
 mensis Comites, Lotharingiæ Dux, Al-
 bretus, & Maximilianus Austriacus. Ob-
 tendebant illi, hoc foedus haud alio i-
 stum esse consilio, quam ut contra præ-
 tensa Caroli VIII. jura Britanniae Duca-
 tum duabus illis Principibus, quas Dux
 suas hæredes nominaverat, intactum ser-
 varent. Re comperta Carolus Rex quan-
 tocius Aquitanniam contendit, ut urbes
 illas, quibus Convenensis Comes præ-
 erat, in sua fide contineret.

§. XXIX.

Concilium Senonense.

Hoc anno Tristandus de Salazar Seno-
 nensis Archiepiscopus in eadem ur-
 be Synodum coegit, ubi decreta alterius
 Concilii, quod Ludovicus Melodunensis
 ejus Prædecessor ante viginti quatuor
 annos celebraverat, confirmabantur;

S 2

præ-